



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Meditationes Rerum Divinarum In Psalmos
Quindecim**

Hillesheim, Ludwig

Coloniae, 1572

VD16 H 3683

Reverendissimo Domino Et Illustrissimo S. R. I. Principi, lectissimo
Imperialis coenobij Campidonensis Abbati, Domino Georgio, Baroni à
Graueneck, Patrono suo vnicè colendo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60352](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60352)

3

REVERENDIS-
SIMO DOMINO ET IL-
LUSTRISSIMO S. R. I. PRINCIPI,
& lectissimo Imperialis 'cœnobij Cam-
pidonensis Abbati, Domino Georgio,
Baroni à Graueneck, Patrono
suo vnicè colendo.



Elebris hæc Iuris-
cōsulti sententia,
Nudam operis fa-
cundi, munerisue
obeundi pollicita-
tionem obstringe-
re, præter literas Domini Baltha-
zaris Zuntzeri, pro Alcuino
Celsitudini T. iam pridem condi-
cto, non rarò apud me interpella-
uit, à quo quidem datæ fidei vin-
culo iamdiu me liberassem, si mo-
dò quod maximè volebam, per
A 2 impe-

impedimenta passim iniecta prestare potuisssem. Post Gallicam nanque et Italicam peregrinationem, Germania etiam precipua Europæ parte obiter collustratâ, dùm Spira Nemetum huius tam longæ excursionis periodo dūcircumscribere, reliquumq; Batauicum iter conficere decreuisssem. en dirus iste Geusiorum furor omnia sacra profanis, cælumq; terræ, veluti cæstro quodam incitatus, impiè commiscens, haud aliter hunc coeptū cursum intercepit, quàm dū nauclerum post multa maris spacia emensa iam portui eminus sese ostentanti vicinum, horrenda subito exorta tempestas ab eodem dispulsum reijcit, & alium quare-

NVNCPATORIA 5

quærere cogit. Ego sanè dùm
 de securiori (interea quòd furit
 iste Boreas, sæuitque plus quàm
 fatalis tempeftas) portu difqui-
 rendo follicitus hæreo: in Hispa-
 niã deferor, vt ibi, veluti Marius
 inter arúdineta latitarẽ. Vnde mi-
 nacibus hifce nubibus paulatim
 euaneſcentibus, dùm aura nonni-
 hil ſerenat, tandem vix Bataui-
 cis noſtris laribus redditus, rem-
 que præſentem aggreſſus ſum,
 quin ruruſum huic conatui nouis
 edictis nimiam typographo-
 rum licentiam coërcentibus, ſit
 iniecta mora : quam demum,
 in aulã Reuerendiſſ. Illuſtriſſ. q;
 Bauarię principis Erneſti Fryſin-
 gen. eccleſiæ adminiſtratoris hic
 aſſumptus, Maternoq; Cholino
 familiaritate coniunctus, non ni-

6
EPISTOLA

si Coloniae abrumpendam sensi.
Atque ita fit, ut quamvis tarde,
veniat tamen hic noster, immo
quid dico? vester Alcuinus, &
quidem optimo iure vester Patro-
nus, utpote qui Caroli magni in
liberalibus artibus præceptor, at
que ita ob singulare cum artium,
tamen virtutis studium, in publi-
cis scholis & asciterijs erigendis
auctor extitit: ut illic virtutum se-
mina quasi dispergerentur: hic ve-
rò iam pridem iacta, in matu-
ram segetem succrescere possint.
Quorum alterum comprobatum fa-
cit vel schola illa Parisiensis om-
nis disciplinae exercitijs exorna-
ta: alterum verò Imperiale ve-
strum monasterium, vnicum Ger-
manicæ nobilitatis piam sectan-

tis

NUNCUPATORIA. 7

tis tranquillitatem, optatissimū
asylum satis superque testatur et
loquitur. Quod autem sit hic i-
dem Alcuinus, & non alius sup-
posititius, uti ex vnguibus leo-
nem: ita facile ex libello hoc sim-
plicem puritatem cum syncera
pietate coniunctam passim spi-
rante, huiusq; genium planè re-
dolente, dinoscere licet. Est nā-
que ubiq; pius, ubiq; doctus, suc-
cinctus, maturus, grauis, & ante
alios dignus, qui semper mani-
bus hominum teratur, quo vani-
tas rerum dilucescat, & corda
mortalium ab instabilium rerum
curis ad amorem cœlestem ardē
tius inflammentur. Recipiet
itaque Celsitudo T. hunc si non
ut fundatorem, saltem tantæ fun-

A 4 dati

dationis vestrę patronū autorē,
quātumuis adhuc semilacerum:
neq; enim ex tā squallidis prode-
untem carceribus vndiq; perpo-
lire, neque omnes omnium vul-
nerum cicatrices obducere inter
negociosissimas occupationes
meas, quantūcunq; conatus sum,
potui. Et quantum in hoc, licet
exiguo, opusculo sit sudatum, vel
hinc constiterit, quod præter-
quam obscuris lucem, & dissipa-
tis *ἑραξία* dare perquam sit ar-
duum: huc accessit præterea, v-
nius dictionis literas fuisse non
rarò disiunctas, & rursus diuer-
sarum vocum characteres com-
binatos: nec non exoticas no-
tas maximam in diuinando dif-
ficultatem attulisse: cuiusmodi
sunt

NVNCVPATORIA.

sunt CCCCL. pro eo quod est
quotidie, & il. pro nota N.
qua incertam quamvis perso-
nam designamus, huiusque fa-
rinæ (ne longior sim) alia com-
plura. Ut interim nihil di-
cam, quoties extrema literarum
vestigia corrosa, dictionumque
rasuræ nobis veluti in tenebris
palpitantibus negotium facesse
rint. Recipiet itaq; R. T. hūc be-
neuolè, & ob antiquitatem reue-
rendam, & sanctimoniam singu-
larem, & conditionem primam,
qua Carolo Magno in rebus ma-
gnis et adiuuit, & præfuit. Recipi-
et, inquam, eum veluti postlimi-
nio redeuntem, cui ob hæc præ-
uia beneficia, ceu iure ἀντιπε-
λαγίας ceu ad ἀντιδῶρα obligatus

A 5 est,

est gratissimo hospitio. Quod
cū futurum non dubitem, ita
& ego, licet seriùs fidem datam
studui liberare. Neque mirabi-
tur C. T. si præcipua Nuncu-
patoriæ pars in laudibus oc-
cupanda, hîc desideretur: hoc e-
nim planè esset τὸ φῶς δαρείῳ, vt-
pote cuius virtus vndiq; rotun-
da in illustri sit, atq; ita pluris æ-
stimabit virtutes proprias per se
esse omnibus probatas, quàm
per alienum præconem commen-
datas. Ipsæ enim sese singulares,
& planè diuinas suis actibus a-
pud totum orbem prædicant.
Supereſt itaque, vt me Cels. T.
commendatissimum exoptem,
& apud Deū ter Maximum ean-
dem pro sua ineffabili bonitate
Reip.

INVOCATORIA. 11

Reipublicæ Christianæ conser-
uet, precibus contendam. Co-
loniæ ipsis Kalend. Maiis. An-
no C 13 CI LXXI.

Semper Celsit. T.
addictissimus.

Hadrianus Aerntf-
bergius.

A 6